

CANDIDO LECTORI

S.

Commune est vitium, Lector candide, omnium ferme linguarum, ut inopia verborum destituti vix ac ne vix quidem sensa animi, rerum qualitates & essentias exprimere valeamus: Id quod sanè in nostra lingua Gallica novo quodam seculo introducta perfacile cuivis deprehendere licet. Ideo non abs re me facturum existimo, brevicula præmissa præfatione si te admonuero. Sicubi igitur in hæc verba incidas, ita intelligas. Ut: But à But pariter reddendum necessario est, cum tamen ne hoc quidem directo significet. Similia sunt: Demi-quinze bis quindecim sonat: ut ita accipias. In uno certamine composito ex quatuor ludis bis quindecim sumimus: puta in primo ludo 15, in tertio 15 etiam: vel in secundo ludo 15, in quarto etiam 15. Quinze vero, quindecim, absolutè in omnibus ludis intelligitur. Similis farine & hoc est, Seul à seul, Solus contra solum. Hoc mihi verò interpretare, amice Lector, quid sit Bisque. ego nullibi hujus voculae latinitatem reperio. uno verbo reddam, Bisca. quæ est semel quindecim; quæ in uno certamine sumuntur pro placito illius cui conceditur. Quomodo verbo hæc efferes? Il y a jeu. Ego ita interpreto: quod sit spatium inter constitutum terminum, versus lectum, & funem. Rem autem longè gratissimam mihi prestiteris, si exquisitius hæc reddideris, atque ita meum conatum ad finem optatum perduxeris. Habebis me ad omnia officiorum genera perpetuâ actione tibi obligatum. Vale, & me laborantem juva.

A 4

A M O N -